erit in illa domo dominus. ſi fuerit do-
mus ſaturni erit illa dies frigida: ſi iouis
ſerena ⁊ mitis. ſi martis ventus fortis
ſi ſolis dies calida. Si veneris pluuia.
Si mercurij variabilis. Si lune pluuia.
¶ Et ſcias ꝙ p̄lte calidi ſunt mars. ſol
caput draconis: frigide vere ſtelle ſūt ſa
turnus iupiter ⁊ venus Et quando ob-
uiauerit luna cum ſtella calida accelera
bit ventus ⁊ calefiet. quando eſt frigi-
da. veniet ventus lente ⁊ infrigidabitur
aer. ¶ Inſpice etiam ad partes dierum
ſ. aſpice a gradu ſolis. ad gradum ſatur
ni ⁊ p̄iice de gradibus lune. verſus or-
tum ſolis. totam diem. ſi ad hanc p̄tem
mercuri⁹ acceſſerit. aut accedet mercuri⁹
in illa die erit ventus. ⁊ fortius ſignum
eſt ſtatio lune cum eo. precipue ſi parti-
cipauerit venus. et etiam eſt de comple
mento directionis aſcendentis. quādo
fuerit luna in primo minuto ſigni vide
quis planetarum inſpicit eam. ⁊ indica
ſm hoc. ſignificabit enim ſupra addita
mentum ſcientie rerum aeris. ¶ Mo-
dus alius ſignificabitur de parte lu-
minarium in diuerſitate modorum ſuo-
rum in hoc quod eſt inter coniunctoneʒ
⁊ plenilunium in quadratura prima et
ſecunda. Et quando erit medietas cor-
poris lune ⁊ quarta ⁊ tres quarte. et qñ
fuerit in triplici ⁊ ſextili a ſole ⁊ iſpiciat
ipſa ad planetas ī illa hora ⁊ loca ſua de
parte luminarium. ⁊ aſcendentium et
angulos ſuos ⁊ aſpectum planetarum.
et applicationem partis eorum cū parte
Et ſcias digniorem ſm naturarum ſuarū
quantitatem ⁊ vis complexionem ſuam
cum in planetarum ⁊ ſignorum ſcietur
quod accidit in aere de ventis tonitruis
grandine motu aut quiete Et etiā ſigni
ficabitur cum ſtellis fixis apud orien-
talitatem ⁊ occidentalitateʒ ſuam. ⁊ mu
tabunt aera ſicut luna. quando fuerit in

angulo. ꝛ ſignificat .ꝫ. generationē plu/
uie. ꝛ niuis. ꝛ venti . Et nouilunium ꝛ
abſconſio ſua. ſꝫ quantitatem inclinatio
nis ꝛ ad ſeptentrionem ꝛ meridiem. et
orientem et occidentem. et latitudinem
ad partem partis de parte. quartarum
circuli quibus ineſt ventus humidus ꝛ
ſiccus. qui vero voluerit ſcire accidentia
in aere inſpiciat quod dico.

## ¶ De quatuor temporibus et mutatione: et circuitione aeris. i. caliditate in frigidi/tatem: ꝛ econuerſo. Ca. viij

Et ſcire ex coniunctione et gradu
ſuo. ꝛ aſcendente. ꝛ coniunctione
ꝛ oppoſitione que eſt ante introitum ſo
lis. in primum minutum arietis. ꝛ loca
luminarium in ſignis. Si itaqꝫ inuenis
ſaturnum in angulis aſcendentis aut in
angulo de angulis domini aſcendentis
collocatum in parte auctoritatarum ſua
rum. maxime in angulo medij celi. ſigni
ficat mutationem aeris. cum corruptio
ne in tenebris ſuis . ꝛ coadiuuabit il/
lud ſm contractationem partis illius tē
poris. ſi fuerit calidū. ꝛ in fortitudine fri
gidi ſi fuerit tempus frigidum. ꝛ addet
illi ſi fuerit in tempore ſuo. ꝛ abſtulerit
ab angulo. ꝛ tempus. ſm moduꝫ erit ſuū
nec mutabitur illud ſi ſaturnus erit in
angulo. vt dixi de angulis domini aſcē/
dētis. erit illud minus operi ſuo. ꝛ debi/
lius facto. ¶ Et ſi fuerit in loco ſaturni
mars. ꝛ non erit ſꝫ hoc quod dico ſatur
nus cum eo. ꝛ iupiter in medio celi. aug/
mētabitur natura calida ſi fuerit tēpus
calidum ꝛ minuetur natura frigiditatis
ſi fuerit tempus frigidum . ꝛ equabitur
ſubſtātia temporis. ſi fuerit tempus eq̄/
le. ꝛ incuruabitur ad caliditatē. ¶ Et
ſi fuerit in loco amboruꝫ. iupiter aut ve/
nus. aut luna, equabitur aer . ꝛ mitiga/
bit cōplexio ſua. Et creſcet q̄cq̄d fuerit
ī illo tpe plātatū aut ſeminatū. Et īſpice
tū ſi fuerit in medio tēporis de ſignifica
to aſcendētis ꝯiunctionis aut oppoſitio/
nis. aut fuerit in aliquo ſignoꝝ ventorū
quando fuerit in aliquo angulorum. et
fortitudine ſignificāt ſupra generationē
aeris ꝛ corruptionem ſuam ꝛ multitudi
ne ventorum impedientium Similiter
dic quando accidet aliqua fortunarum
in angulo aſcendentis ꝛ mercurius facit
quod in fortuna in ſigno coniunctionis
ex quo inuenisti eum ī aliquo angulorū
aſcendentium ꝯiunctionē. aut ī eo quod
ſequitur anguluꝫ aſcēdentis coniunctio
nis. pono eum ſignificatorem . Deinde
inſpice complexionem ſaturni ꝛ martis
de quadratura aut oppoſitiōe. aut gene/
ratione Et ſi fuerit mars ī ſignis calidis
que ſunt aries et triplicitas ſua addit in
natura calida. ſi fuerit tempus calidum
Et minuit de nā frigida ſi fuerit tempus
frigidum. ¶ Et ſi fuerit aſpectus de tri
pli. aut ſextili. ꝛ ſi fuerit in ſignis calidis
vt dico ſignificat caliditatis oīium. Si
aſpectus ſaturni ꝛ cōplexio ſignificātis
planete ꝛ applicatiōis cum eo a quarto
aut oppoſitione aut ꝯiunctione. ꝛ fuerit
ſaturnus ī ſignis calidis ſiccis. aut frigi
dis humidis ſicut aquoſa addet in nāis
ſuis frigiditatem. ꝛ ſi fuerit tempus fri
gidū ꝛ minuet. ſi fuerit calidum de cali/
do. Et ſi cōplexio ſignificātis a tripli. aut
ſextili fuerit vt dico in iſtis ſignis eſt il
lud minus. ¶ Et ſi fuerit ſaturnus in ſi/
gnis calidis: humidis: vt gemini ꝛ ſua
triplicitas. ꝛ applicabitur cum eo ſigni/
ficator ab oppoſitione. aut quarto. aut
coniunctione . ſignificat mitem aerem ꝛ
bone complexionis. ꝛ crementum cuiuſ
libet vegetabilis pro equalitate aeris.
Silr ſi ꝯplicabit cū eo ſignificator cum
tripli aut ſextili: ita qḋ ſit in iſtis ſignis
ſilr mars. Si cōplicabit ſignificator aut

cōpiſt.in eo.ꝛ in ea.ꝛ in ſignis ſiccis cali
dis ſiccis.ꝛ frigidis humidis.ꝛ fuerit de
q̄rto.aut oppoſito.equabit aerem ꝛ fiet
bona complexio ſua.ꝛ creſcet omne ve
getabile.ꝛ naſcitur ꝛ teſtificatur cū pte
ventorum ꝛ motu ſuo cum iſta equa-
litate.Et eſt ꝙ accipies de gradu mi-
nuta ſi non fuerit in domo ſua: ad gra-
dus domini dom⁹ ſue.ꝛ adde ſup illos
gradus aſcendentis.ꝛ proijce ab aſcen-
dente.ꝛ vbi conſumabitur in eo pars.ſi
fuerit cum parte ſaturni ꝛ martis.dic ſi-
cut dixiſti.prius quando fuerit ī domo
ſua.ꝛ ſi non fuerit.Si itaqʒ Mercurius
fuerit in domo ſua.accipe de gradibus
ꝛ adde ſupra ſe gradus aſcēdētis.ꝛ vbi
terminabitur.ibi erit pars.ſimiliter ope-
rare ſm poſitiones ſolis in quartis que
ſunt poſt arietem:ꝛ ſūt cancer.libra.ca-
pricornus:ꝛ operare ſimiliter in introi-
tu ſolis in quolibet ſigno. ❡ Genera-
tio autē pluuiarum.tonitruum fulgurū
ꝛ ventorū.et multitudinis ꝛ paucitatis
vide in hmōi ab īitroitu ſolis ī.20.gra.
ſcorpionis.Dirige aſcendens ad horam
illam.ꝛ angulos ſuos ꝛ planetas.Dein-
de conſidera venerem.ꝛ iouem ꝛ mercu
riuʒ.Si fuerit occidentales.aut tardi in
ceſſus aut retrogradi.ſignificant ſupra
multos rores ꝛ pluuias in illo anno.Et
ſi fuerit orientales aut directi aut velo-
cis inceſſus ſignificant econtrario.Et cō
ſidera martem ſi fuerit in aliquo angulo
rum precipue in medio celi in ſignis ae
reis.ꝛ inueſtiuerit mercuriuʒ.ſignificat
multum de tonitruis ꝛ fulguribus ꝛ plu
uijs velocis interciſionis.ꝛ multaʒ lo-
cuſtam.ꝛ corruptionem anni. ❡ Et ſi
fuerit mars in angulo terre in ſignis ter-
reis ꝛ veſtiuerit mercuriū.ſigt tremoreʒ
terre.ꝛ apparentiā luminū de terra ꝛ ti-
moroſa ꝛ corruptio erit mineriaꝝ ꝛ ſul-
phur terre. ❡ Et ſi fuerit mars vt dico ī
ſignis calidis ꝛ angulo terre ſignificat
combuſtionem terre ꝛ corruptionē ſub-
ſtantie ſue ꝛ minerie.ꝛ combuſtionem
ſeminum cum pallore ꝛ corruptionem
cum actionibus.Si autem ſʒ quod di-
co fuerit de ſignis calidis in angulo ter-
re ſignificat diſruptioneʒ ꝛ corruptionē
eiuſdeʒ.ꝛ qđ moraṫ in aqua de animali-
bus ꝛ alijs.Et ſi veſtiuerit eum fortuna
fient tonitrua ꝛ fulgura ꝛ corrumpent.
Et ſi fuerit loco martis ſaturnus ꝑcipue
ſi fuerit ī medio celi.ꝛ in ſignis aereis et
veſtiuerit mercurium.ꝛ ceciderit fortu
na ab eo.accident tremores terre.ſtupe-
factiones ꝛ apparebūt aque nigre de ter
ra ꝛ ſimilia.Et ſi fuerit in ſignis aqueis
et ſub terra in angulo terre.et ceciderit
ab eo fortuna et veſtiuerit mercurium
minuentur aque riuorum et puteorum
ꝛ fontium.et corrumpentur animalia
aque et alia.Et ſi fuerit ī ſignis calidis ī
angulo terre.ꝛ ab eo cadet fortuna et ve
ſtiuerit mercuriū erūt iſti terremotus tū
leuiores:et ſi nō ceciderit ab eo fortuna
alleuiabiṫ ſignificatio ꝑdictoꝝ in ma-
iori parte.Et ſcias ꝙ quilibet pl'ta ſupe-
riorum ligatur cum aliquo inferiori Su
periores per ſeipſos in anima inferio-
res in corpore.Non eſt in mundo gene
ratio nec corruptio niſi cum applicatōe
illorum ꝛ cōplexione. ❡ Modus ali-
us Meſaalha.de aeribus inſpice in re-
uolutiōe anni ad aſcendens ꝛ angulos
et loca planetaruʒ et etiā ſitus ſuos.et ꝓ
hibitiones aliquoꝝ ꝛ ſuarum et proie-
ctionem radiorum ſm ꝙ ſignificant in
omni climate ſuper ſubſtātias aīalium
et volatilium.et ſeparationem modorū
ſuorum de tranſmutatione ſolis in ſi-
gnis et naturas ſuas in mutatiōe aeris
in quatuor partibus Uere.eſtate.autum
no.et hyeme.et quid ſignificāt ſigna cū
naturis ſuis. ❡ Quando mars manſit
in aliquo ſigno calido addet caliditati
ſue ſaturnus aūt minuet.Sed quando

ſaturnus erit in centro addet frigiditati ſue Mars autem minuet. Mars in aereo addet caliditati ſue. ſaturnus vero minuet ex ea Saturnus in aqueo addet frigiditati. Mars minuet eam. Hec ſūt pōnes ſat̄ni ꝛ martis in 12 ſignis ī q̄b⁹ q̄ñ ſūt mutāt aeres ſuos Et q̄libet pl'a q̄ erit in reuolutiōe āni. ſigt ſub radijs: ſ3 debilitare3 climatis ſui ꝛ corruptionem morum ſuorum. ¶ Cum ſubſtantia veneris ſit pluuia. lune vō aqua. Mercurij ventus ꝛ aer fortior impreſſio eſt nobis. ſ. de humore et pluuia. luna cum diuerſitate temporum circuli ſolis complectitur circulum ſignorū ꝛ pōnem ſolis cum acceſſu ſuo: et receſſu in eo. que3 circulum qui diuiditur in .360. partes luna ſumit in menſe qui dicitur lunaris et ſunt dies eius .27. et ſex ſeptime diei vnumquodq3 .12. ſignorum habet duas manſiones et tertiam. ¶ Arietis itaq3 ſignum habet duas .ſ. nathu. que ꝛ ſaran appellat̄ ꝛ batini. ꝛ tertia3 çorie. ꝛ hec ē conſideratio huiuſcemodo𝔯. In tauro ſunt ſc̄de tertie çone. ꝛ dabatan ꝛ ſecunde tertie hakaaru. que ꝛ meiſen dicit̄. Eiuſdem vero tertia reſidua ē in geminis ꝛ naihetu. ꝛ çarhao tota. ī cancro natretu ꝛ carfu. ꝛ tertia gabihetu. ī leone ſc̄de tertie eius et karaten ꝛ ſecunde tertie. ſearaſatin. In virgine tertia eius et hane ꝛ ſchambor. in libra garafu çubene. ꝛ tertia ikilil. In ſcorpione ſec̄ude tertie eius ꝛ kalbi ꝛ ſecunde tertie xanelen. In ſagittario tertia eius ꝛ gabanu ꝛ beledetu In capricorno cobou du alçabay coondubalagi. ꝛ tertia coonalcoondi. In aquario ſec̄ude tertie eius ꝛ coonalbakabieti ꝛ ſecunde tertie fargu p̄mi. In piſcibus tertia eius ꝛ fargu poſtrema ꝛ batauç Et poſuerunt quartam manſionem. ſ. dabiran. humidā. ꝛ aliā. ſ. çarbau. ꝛ 10. ſ. gabietu. ꝛ 12. ſ. tarſacu. ꝛ 15. ſ. garfu. ꝛ. 16. ſ. çubenē. ꝛ 17. ſ. iklil ꝛ 19. ſ. çabneletu. ꝛ. 20. ſ. nahemu. ꝛ 1. ſ. coondubalçabai. ꝛ 26. ſ. fargu poſtremum. ¶ Qñ quidem luna manet in ſex illarum multiplicabitur pluuia. ꝛ ros et aqua. ꝛ ſunt dabaran iklil. carfatai. çubenē coondualçubai ſfargu poſtremus. ¶ Sex ſunt ſicce nec ſignificant pluuiā ſ. kathun hakabacu. carfu calbu coondualbakabieti fargu primus. ¶ Undecim ſunt medie. ſ. nec ſicce nec humide. Inter quas ſunt tres forte magis pluuioſe quam. 6. humide predicte. cauſa p̄miſſa. ſ. kamekalaçel alkabatu condualciondi. Quando etiam ab eodem minuto vnum luminare recedet ab alia ptire a primo minuto arietis. ad partem ſolis ꝛ q̄uot gradus erunt diuide vnicuiq3 manſioni lune. 13. gradus ꝛ tertiam incboans ab ariete: ꝛ vbi terminabitur numerus inſpice an ſit humida aut ſicca aut media manſio. Similiter operare ī alijs ſtellis in ſeparatione luminarium accipe a primo minuto arietis ad grad̄ cuiuſuis ſtelle in loco ſuo quotquot gradus erunt da cuilibet manſioni. 13. gradus. ꝛ tertiam vt prius incipiens a primo arietis. ꝛ inſpice ſimiliter vbi finietur numerus an ſit humida aut ſicca aut media ꝛ ita fac omni menſe quantū in coniunctione quantum. poſt preuen. quantum ſec̄uda. ꝛ tunc diuide ſolem ꝛ lunam ꝛ ſtellas: ꝛ ſcias aſpectum earu3 ꝛ compl̄one3. ꝛ applicatione3. quia quādo luna erit in ſigno humido ꝛ planeta aſpiciet eam. aut coniungetur ei. ſignificat generationē pluuie p̄cipue ſi aſpexerit eam aliqua infortuna. Si enim aſpiciet infortuna. aut applicabitur ei: iens ad eam. quādo luna proueniet ad eam erit hora pluuie. ¶ Et luna cu3 fuerit cu3 ſaturno aut aſpiciet eam in manſiōe. erit pluuia leuis ꝛ quieta. ¶ Si cu3 marte ſignificat pluuiam cum fulgure ꝛ tonitruo ꝛ grandine. ¶ Cum mercu

rio pluuiam cum vento forti intercise
diſtillantē. ¶ Et ſi fuerint luminaria in
eadem manſione ſignificat pluuiaʒ mul
tam cum magnis guttis. ¶ Dixit iacob
filius alkindi. quando luna intrat aqua
rium. aut ſcoꝛpionem. aut capꝛicoꝛnum
in hoꝛa ſaturni ſignificat qua hoꝛa erit
mutatio aeris. Quando autem pars tri-
um aqueorum. ſ. veneris. mercurij. lune
erit in aliquo ſignorum aqueorum ⁊
dirigetur in illo habundabit pluuia a-
deo quod nocebit populo. ¶ Modus
alius quādo erit pluuia multa. aut pau-
ca in anno. Inſpice in reuolutione anni
dn̄m eius ⁊ eiuſdē loci dn̄m ⁊ partē foꝛ
tune ⁊ dominum partis ⁊ charactaꝝ als
carclagetu ⁊ quis habuerit dominiū ſup
omnes. Si ſaturnus ⁊ venus et mercu-
rius ⁊ luna erit pluuia anni multa ⁊ ma
xime ſi fuerit in ſignis pluuie. ſ. aquario
aut finem capꝛicoꝛni ⁊ arietis ⁊ tauri ⁊
principium leonis. ⁊ amplius illis ſcoꝛ-
pio. ⁊ piſces ⁊ aquarius. Et cū volueris
ſcire an habūdet pluuia in pꝛincipio an
ni aut in medio aut in fine. Inſpice qñ
intrat ſol in libꝛa: ſi fuerit ſub eo occidē-
talis. ſignificat multam pluuiā in pꝛin-
cipio. ſi oꝛientalis paucam in pꝛincipio
multam in fine. Si fuerit occidentalis
poſt illarū hoꝛam. per menſem ⁊ dimi-
dium. Et ſignificat multam pluuiam in
medio anni. quāto plus erit venus ſub
radijs plus mutabitur aer ad pluuiam.
¶ Et ſi volueris ſcire dieʒ pluuie reuol-
ue annum tuum cuʒ coniunctione ⁊ op-
poſitione ab introitu ſolis in caput libꝛe
vſqʒ ad introitum eiuſdem in pꝛincipio
geminoꝛuʒ ⁊ accipe in teſtimonium do
minum gradus coniunctionis et oppo-
ſitionis: ⁊ venerem et mercurium ⁊ ſa-
turnum. vt accepiſti in pꝛincipio anni ⁊
vide applicationeʒ lune ſi ſit cum parte
planetarum aqueoꝛuʒ ⁊ in ſignis aque-
is. accidet pluuia apud equidiſtantiam.
Et ſi fuerit in ſignis mutabilib' nūc poſt
numerum graduum. dics ⁊ coꝛpoꝛa ad
conſumationeʒ cum coꝛpoꝛe ⁊ hoc quā-
do fuerit equidiſtātia. pꝛopinquioꝛ nu-
mero graduum. numerus vero graduū
pꝛopinquioꝛ coniunctione coꝛpoꝛum.
¶ Signa mutabilia ſignificant veloci
tatem Et ſigna bicoꝛpoꝛea mediationē.
fixa longinquitatem. inſpice ēt centruʒ
lune hoꝛa ꝯiunctionis. ad coniunctionē
aliam. quando fuerit luna in aliquo cen
troꝛum quis planeta cū quo applicatur.
et quomō aſpicict vnuſquiſqʒ domum
ſocij ſui aut ambo domum alterius. aut
ambo domum amboꝛum. aut lumina-
ria aſpicient eos. accidet pluuia in hoꝛa
qua perueniet luna ad planetam: ⁊ ho-
ra abſciſſionis ſue erit vſqʒquo equi-
diſtet applicans. aut mutans ſ eo quod
eſt inter illaʒ de mutationibus. Si aſpe-
xerit mars mercurium. aut lunā quan-
do fuerit de natura martis accidet toni-
truū. ¶ Et quando fuerint ſimul ⁊ aſpe
xerint ſolem ⁊ planetaʒ ſignificanteʒ plu
uiam. accident tumultus foꝛtes ⁊ voces
cum nubila. Et quando fuerit in ſignis
mutabilibus aut dn̄is vocū. ⁊ cuʒ fuerit
ſaturnus in loco martis aut mercurius
in loco ſuo. et in natura martis et fuerit
ambo: quod dico de marte et mercurio
pꝛecipue in ſignis ablatis cauſantibus
vocibus erit pluuia durans et aer tene-
bꝛoſa. nec erit in ea motus nec vox. ſimi
liter fac qñ erit ꝯiūctio ō pluuia Et hoc
ſufficit in hoc quod me interrogaſti.

¶ Explicit Alkindus de Pluuijs ⁊c.

## ¶ Incipit Liber Gaphar de mutatione tempoꝛis.

Superioꝛis diſcipli
nę inconcuſſam ve
ritatem: pꝛout indo
rum monet aucto-
ritas: toto deſiderio
accedere: adeptam
quidez ſummo ſtu-
dio cuſtodire: ⁊ ne memoꝛię fugiat ar-
chana cauere debemus. ſicut enī cęteris
omnibus diſciplinis dignioꝛ eſt ⁊ poti-
oꝛ. Ita eius pꝛofeſſoꝛes quadaꝫ pꝛeroga-
tiua dignitatis ⁊ quadam etiam elatio-
nis titulatione nobilitat. Sed etiaꝫ nul-
lus niſi naturaliter q̄ō videlicet ex ſua cō
ſtellatione potiſſimum ducit: ⁊ quadam
diuini numinis inſpiratione inſtructus
ad hāc valet aſpirare. Quare hmōi pꝛę-
pulſatione habita tā ſanctam tāqꝫ ſubli
mem ⁊ diuinitus collatā ſcientiam: vt
nobis congrua ſit illam debita veritate
tueri: fouere: et ne manib⁹ indignis tra-
ctetur: ne inſipidis pꝛhoꝝ cauillatiōibus
defatigetur: nos eius alumnos qui iam
videlicet eius cauſas ⁊ pꝛoceſſuꝫ agno
uimus: et de effectu quędā guſtauimus
ſumma diligentia ꝓuidere opoꝛtet. De-
inceps quoqꝫ ad huius cognitionē cu-
iuſlibet digne volenti accedere: hęc que
ſufficiant reſeranda ſecreta. ¶ Notan-
dum pꝛęterea occurrit in his volumini-
bus quibus pꝛioꝝ tractatus ⁊ exempla-
ria ad diuerſas transferunt linguas nō
nulla cōtineri ſuperflua quoꝝ doctrinę
effectus a pꝛopꝛio loco ⁊ ſignificatio-
ne vocabuloꝝ ſermōes peruertit: nec ad
locoꝛum intelligentiam ſui inſipiditate
cōgruunt queꝝ actiones a pꝛopꝛio tra-
mite declinant. Hoc aūt duabus de cau-
ſis: ſcriptoꝝ videlicet ⁊ interpꝛetātiū cul
pa fieri credimus. Pleruqꝫ etiam inter-
pꝛes ſi tunc minime fidelis inter angu-
ſtiaruꝫ pꝛęſſuras anhelans vnde quod-
libet peregrinū ꝙ aut elemētoꝛū diuerſi
apices. aut eoꝝ penuria ſępius etiā lin-
guarū impacabilis diuerſitas: quib⁹ om
nibus ethimologię variaẜ ſignificatio:
recte non patiẜ tranſmutari. Ne quidez
pꝛętermiſiſſe: aut ne deſipiēs deſipere vi
deatur ad libitū trāſfert. hęc quāuis na
tura neget elatiōis tn̄ arrogātia verſum
ꝑfecto excutiat. ¶ Secūdario aūt aſſi-
dua ſcripturaꝝ ⁊ minus perfecta erudi-
tio: verūetiā lectoꝛis īduſtriā nō poſſūt
effugere. Quia ergo mi domine antiſtes
Michael nō ſolū cōpendioſa: ſed etiaꝫ
certa ⁊ ad vnguē coꝛrecta te ſemper op-
tare cognoui. Hunc de pluuijs libellum
ab antiquo indoꝛuꝫ aſtrologo Gaphar
noīe editū. Deīde quoqꝫ a Uillemo Mer
curio ſub bꝛeuitatis oꝛdine coꝛrectū: tue
offero dignitati: vt q̄ō potiſſimum ſibi
deeſſe moderni deflent aſtrologi gallaꝝ
poſteritati tua benignitas largiatur.

Uniuerſa aſtronomię iudicia ꝑut
indoꝝ aſſeruit antiquitas a luna
ri ducatu potiſſime manare creduntur.
Cōſequenter vō ex eiuſdē cū ſtellis cę-
teris admixtiōe ducūt oꝛiginē. Ea enim
vt inquiunt mundanoꝝ generatiōis ef-
fectu perfectā ⁊ cęteris plenioꝛē pꝛopꝛi-
tatē aſſumūt. Hoc autez inter cętera oīa
tanqꝫ vnicū ⁊ ſingulare affirmāt: quate-
nus ipſa ⁊ ſui ſumma ⁊ integra perfe-
ctione totius ſcientię ⁊ agnitiōis duca-
tū tāqꝫ mediatrix aſſumit. q̄ō apud anti-
quoꝝ ſapientes multis declaratā con-
ſtat argumētis: Uniuerſa etiā reꝝ ſignifi
catio ex ſtellaꝝ efficacia deluminari con
temperaẜ natura ⁊ pꝛocedit. ¶ Luna
nāqꝫ ſtellaꝝ figuras ꝑfecto vēdicat vn̄
eiſdē neceſſario admiſceẜ ſicut eidē con
temperaẜ Mercuri⁹: Apud indos enim
inter Mercuriū ⁊ lunā: hęc dū illi ſocia-

tur ⁊ cū ea diſcurrit: nulla habet diuer-
ſitas: luna tñ eo pfectior ī receptiōis ſta
tu ⁊ euidentioris efficacie: qr videlicet ⁊
vniuerſa centro terrę in qua affinior diſ
currit: ⁊ effectū oiuz cū hoc mundo ſub
ſe cōplectit: qr ſua vt iā dictū eſt: ſub ale
ſtina .i. coniunctio: ⁊ trabel .i. ſeparatio
conuētu inquā ⁊ oppoſitione atq; tetra
gono aſſidua ⁊ indefenſa euidētior de-
prehendit operatio: ex quibus videlicet
generatōis ⁊ corpis ſtat⁹ dū creſcit ⁊ de
creſcit lumine ⁊ ꝯpoto ſub ipſi⁹ ⁊ aſcen
ſu ⁊ deſcenſu inherere alius indubitan-
ter pcedit. Nihilomin⁹ quoq; ipſius in
auſtrū ⁊ ſeptētrionē digreſſio redditio
eiuſq; applicatio ⁊ quęcūq; ſibi accidūt
figure: hoc idē inſinuāt: quor oiuz actus
ipſiuſq; effectus luna potētia in anima-
libus ⁊ terrę germinātibus ꝗ ſenſus pci
pit ⁊ viſus dijudicat facillime diſcer-
nunt. ¶ Venus itaq; ⁊ Jupiter vt eſt
indor authoritas fortunate ſunt ſtellę:
reliquas oēs infortunatas dijudicant.
Apō nōnullos ꝗdē Saturnus ⁊ Mars
infortuniū ſingulariter vēdicarūt. Cęte
re ꝗdē ſtellę ſub equalitatis tēperantia
collocat. ¶ Pluuias itaq; quēadmo-
dū eſtimāt lunę cū maliuolis applicatio
fęlicibus oīno aduerſis indubitāter effi-
cit. Si vero fortunatis applicet nec ma-
liuolis quolibet mō inueſtiat: nec plu-
uię erūt Fortunate eni aera ſoluunt ra
rificāt atq; ſubtiliant: ⁊ quicquid groſſi
vaporis ſupius aſcenderāt exprimendo
auferūt. Maliuolor quidē natura eor:
qr cum vapore ſimilitudinis affinitas
adunat: grauitatē inducūt: virtutis aug
mentum pſtātes: tandē cōgelāt: Venus
tamen cuz ſit vna de beniuolis gemino
humore redundat. Si inꝗ; maliuolis in
ueſtiat: ⁊ ambo cōfigurationis graue eis
nō reſpōdeat pluuias ptēdit. Sic quia
hac ſupior de cā pluuiales ſolēt mane-
re vapores. ¶ Amplius māſiones lunę
ꝗdā hūoris ꝗdā ſiccitatis: alię vō eq̄lita
tis vtrinq; pncipāt. Quę ꝗdē occaſio ex
natura ſtellę in ea cōſtitute manſione: ſ;
etiā ex certo circuli loco manere credit.
Quod quidē oīa ex ipſi⁹ radicis primor
dio deprehēdi poſſunt. Har aūt māſio-
nū naturaliter facta fuit electio quā ſtel
larū radij dignitatis loca cōtingūt: quor
videlicet in ordine naturę tāq; pportio
nales participāt. Sunt aūt linear corde
in circulo ptracte quātū videlicet arcus
ad tetragonū. trigonū ⁊ exagonū. quadā
cognitiōis habitudine referunt. Et ni-
hilominus quoq; loca ex quibus ſtella-
rū ſit applicatio fortis vtriuſq; loco ſtel
lę cōfigurata: vñ terminor videlicet ap-
plicet: de loco inꝗ; maſculino ſiue fęmi
nino ex natura videlicet qui ad elemen-
ta ꝗtuor referūt Jtidē etiā de certa lon-
gitudine ⁊ latitudine ſe applicēt. Stella
rū quidē huiuſmodi locis applicatione
deprehenſa; cōgrua ⁊ firma habita rece
ptio effect⁹ mōſtrat certiſſimos. ¶ Hac
ſiquidē rōne manſiōes quas nodos: ſi-
ue potius nexus appellant deſignare: ⁊
diſcriminare eaſq; notare ſuoſq; effect⁹
attēdere docta voluit antiq̄tas. ¶ Pro
imbriū ꝗdē habita cognitiōe ꝯuentus ⁊
oppoſitiōis horas ſed etiā vtraq; tetra-
gonū vtriuſq; tetragoni mediū diligen
tibus attēdere ob hoc cōgruū exiſtimo.
¶ Quoniā ex iſtis octo lunę ſignifica-
tiōibus antiquor peritiſſimi humor p
uidebāt affluētiā ⁊ aeris uariacionis ſu
mebāt iudicia. ¶ Jndor vero pars ma
xima ex .4. cōuētu .ſ. ⁊ oppoſitiōe: ⁊ vtro
q; tetragono: cęteris poſtpoſitis attēde-
re curauerūt. ¶ Deinde ꝗdā alij cęteros
nō relinquāt. Hę rurſuz figurę .4. quas
nos diximus maxime alias .4. minores
Et hęc lunę .12. cētra dicunt: habēt ſup
poſitas Sunt aūt hę quotiens videlicet

a contient⁹ gradu. 12. gradibus ante ⁊
p⁹ deſtiterit In oppoſitione quoq; nec
aliter. Nam in vtroq; tetragono hūc oꝛ
dinē non relinquunt. ¶ De mãſionib⁹
autē lune vnā intactam pꝛetereunt. Cū
enim. 28. eas cōnumerēt: totius circuli
gradus inter ipſas eque pertinētes. ha-
rū vnaqueq;. 13. gradus ⁊ tertiā; grad⁹
partē vendicauit. Ob hoc pꝛedicta man
ſio toti numero detrahit: quoniā; luna
vt aſſerūt eandē cū ſole occupās mãſio-
nem ea cōuētus mãſio nullū pculdubio
effectus retinet ducatū. Unde etiā atq;
pari mō luna poſtq̄ a ſole recedit ſtelle
alteri applicās: vel cōiuncta tota ſignifi
catiōis etiā efficacie atq; potētia ſoli lu
na ⁊ manſiōe abiectis pꝛoꝛſus relinque
tur. ¶ Hac etiā rōne eadē axa bene di-
cit ꝓpꝛie ⁊ pꝛincipaliter notare volue-
runt. Quoniā ille due ſtelle ſignū; libꝛe
eiuſq; figurā omnimodo cōplēt. Luna
enim in manibus v̾ginis nec alibi depꝛe
hēdit. Itidē etiā qm̄ gradus ille vbi he
due ſtelle cōſiſtunt in ſcoꝛpionis ſedet
pꝛincipio. ibiq; luna moꝛat dū peruſtā;
ambulat viam quare pꝛopꝛium ab hinc
ſumpſerunt exoꝛdiū;. ¶ Hec itaq; om
nia q̄ntū ad rōnem: nō q̄tū ad effectu;
operandi occultata tillemus reſeruauit
Mercuri⁹ Qualiter aūt cū; ipſis lune
mãſiōib⁹ ceteris ⁊ quaſi cōnexis hmōi
negotiū; exequat in ſequētibus ſubiici-
am. Hoꝛas etiā roꝛis ⁊ pluuie vernaliū;
⁊ etiā egritudinis itinerū;: nec ne ⁊ q̄ ad
hoc opuſculū attinēt ſinguloꝝ ſentētias
locis debitis adiūgēs ad maioꝛem lecto
ris euidentiam oꝛdine congrua refer-
uabo. ¶ Hec antem loca antiquoꝛum
phy. circuli vapoꝛes ſiue exaltationes
nūcupāt. Harū ergo. 27. luminariū mã
ſionū: quas ſuperius nodos cōſtat noia
ri neceſſario ad humoꝛes ⁊ roꝛes ꝑ ſui
cōplexiōis qualitate referunt. Quarum
pꝛima apud indos dicit aldebaran ſcōa
aziraa. tertia aliebecha. quarta azarpha.
quinta algaſra. ſexta alidan: ac deinceps
alnadan: albedach: alfarg: poſtea ſex ite;
de numero pꝛedictaꝝ humoꝛē naturalē
pꝛopꝛie habēt deſignare. ⁊ certū in roꝛes
aſſumun: ducatū: qꝛ in humoꝛe maio-
rem vendicāt poꝛtionē hec autem ſunt
aldeberan. aziraa: aſarpha: aliebl: albe-
lelah: alfag: noīa. ¶ Luna eni; in huiuſ-
modi locata aut ſaltē accenſa: de ſtellis
roꝛē ſignificātibus applicet: aut in earu;
cōuētu moꝛet: imbꝛe pꝛofecto manare
conſtabit: ꝙ qualiter accidat in ſequen-
tibus dicet. ¶ Manſionū aūt. 6. alias
ſiccitatis volūt eē participes: Quaꝝ pꝛi
ma albutain: albara: aatars: alkebton-
da: alfragal: raukaden. Reliquas vero
ſicut medietas aſcripſerunt. ¶ Eſt atuē
Anathe tēperate ⁊ equalis cōplexiōis:
deinceps aute; athoteae: alanabt: alara-
cen: alchiue. Azunet: malcharehc: caada:
cead. Tres tamē ex hiis equalibus man
ſiones per ſui nec affinitatē ⁊ ſimilitudi
nem humoꝛē deſignant: albanaab: ⁊ azi
met: ⁊ caadbalag. Nam dū luna in hiis
diſcurrēs ſtellis roꝛē deſignātibus con-
iuncta ſit: aut eiſdē foꝛti applicatiōe ac-
cedat: ibꝛes ꝓtēdit ibidē futuros. Has
denuo mãſiones pꝛopꝛietatis vt eſtimo
ſimilitudinē relatas adinuicē cōnectunt
Na; ⁊ anathe: ⁊ atarf: ahabꝛe arſaula: al
nabami: ⁊ ventri piſciū aſſociat: ⁊ cū ce
teris que iſtas ſequunt vt in pluuiali fi-
gura habitudine erūt exequendum.

Quotiens ergo de pluuiis earūq;
ſtatu: ſed etiā de aeris mutatio-
ne. de ventis quoq; ⁊ roꝛe de nubibus
pluuioſis: ⁊ non pluuioſis. non mincs
quoq; qua hoꝛa tibi ⁊ quo tpe anni hec
accidāt de augmēto ⁊ diminutione ꝑut
indoꝝ peritiſſimi in figura iuxta circuli
ſicut deſcribere curauerunt. habēda erit

cognitio. ¶ Sub hora ḡ ꝯūct⁹ videlꝫ vł
oppoſitiōis: dū ſol videlꝫ p̄mū arietis vł
libre punctū ingredit̄ ſolē ⁊ lunā expreſ
ſius collocari: ſiue potius recti ſiue poci
us rectificari neceſſe eſt indoꝝ tā aucto
ritas ꝙ̄ antiquitas ſub ipſius libre in-
greſſu: ⁊ dum ſol ipſe. 20. ſcorpiōis gra
dum perambulat hoc fieri p̄cipiūt quo-
niam hec ſigna horas imbriū in climati
bus medij ꝓfecto determināt. Rectifi-
catis tandē ſole ⁊ luna ad has duas ho-
ras ꝯūct⁹ inꝙ̄ ⁊ oppoſitiōis: vel ad pre
dicta duo ſigna quas circuli manſiones
determināt ſummo aiaduertere oporte
bit qō ratio pōt diſcerni. ¶ A p̄mo igi-
tur puncto arietis vſqꝫ ad ipſius cōuen
tus vel oppoſitiōis locum gradus aſſu-
mens equales ꝙ ſingulis manſionibus
attinet. 13. gradus videlicet ⁊ tertiā tri
buere memēto. Ea quidē deprehēſa hu
mida ſit an ſicca: an equaliter ſe habens
nota. Deinceps quoqꝫ ceteraꝝ ſtellaꝝ lo-
ca earūqꝫ māſiones ſicut de luna factuꝫ
eſt attēde. Quibus tandē circa cognitio
nem compatis cui luna ipā poſt cōuen-
tum applicet erit exequendū. Qꝫ ſi ea in
humida manſiōe diſcurrēs Saturno ap
plicuerit in humida pariter exiſtenti: ⁊
vtraqꝫ ſub eodēꝫ nexu: nec ſtella alia eo-
rum applicationē quacūqꝫ figura impe
diat imbres cōgruos aſſiduoſqꝫ ⁊ quie
tos: nubes etiā nigras ⁊ obſcuras. aera
totū occupātes inuacillanter portendit.
¶ Si vero due inferiores ſub predicto
reſpectu applicātes ſua adhibeant teſti-
monia: que predicta ſunt oīno exaugēt.
Quod ſi eundē cū illis nexū ſiue potius
nodū obtineāt: ⁊ pluuiaꝝ redundantia:
domoꝝ ruinas ⁊ ſubmerſiōes timēdas.
¶ Luna rurſum huius ducatu aſſum-
pto qua hora hec accidere debeant: ap-
plicationis gradus indubitāter exponet
Quot ſunt igit̄ gradus applicatiōis aut
cōuentus: aut oppoſitiōis aut tetragoni
⁊ que ſunt huius deprehēſa: ad eoꝝ nu-
merū totidē horas aut dies quoad plue
re incipiat intereſſe neceſſe eſt. Si ergo
reſpectus de ꝯuerſiuo aut bicorpe fuerit
horas: nam de firmo dies ꝓfecto inſinu
at. Celeriorē quidē aut tarde eueniunt:
citus lune curſus lucis etiā augmentum
⁊ cōpoti: aut ipſi⁹ diſcurſus. Alkar aūt
in huius oppoſitiōis locis profecto di-
ſcernit: dū hec ita ſe habeāt dies ſignifi-
cat: ⁊ tarditatē inducit. Naꝫ ſi beniuole
proprio in Saturnū habito reſpectu: et
radijs nō erectis etiā in ſuis dignitatib⁹
diſcurſu: hoc alternare videant̄: dilatio-
nis ⁊ tarditatis ſignū ē. ¶ Optimū qui-
dē eſt luna Saturni corpus ī tetragonū.
aut oppoſitionē cōſentiētē: ſic enim nul
la inerit dilatio. ¶ Dilatiōis nāqꝫ facit
iudiciū quotiēs nec Saturn⁹: nec ſtella
alia: nodū vel māſionē poſſideat humi
dum: nec inferioꝝ teſtimonio fortunat̄
hijs nāqꝫ vt ſupra dictū eſt ſeſe habenti
bus nec lune ſignificatio valebit peruerti:
⁊ vera dicentē laus ⁊ gloria nullatenus
effugiet. ¶ Saturno rurſum in māſiōe
ſicca cōmorāte lunaris facta applicatio:
dum nec etiam eodem ſigno diſcurrunt
nec inferiorum teſtimonio potiant̄ vel
ponantur nubes aſſiduas: ſed abſqꝫ im
brib⁹ portēdit. ¶ Si vero ex locis ſimi-
libus luna Ioui applicet: ⁊ in eodēꝫ no-
do ⁊ humida manſione cōmoratur pari
ter Veneris quoqꝫ ⁊ Mercurij teſtimo
nio beati: rores aut nubium ſpecies pro
fecto concurrent. Horum quidē teſtimo
nio negato: vt pluuie ſint ⁊ rores cū nu-
bib⁹ denegant̄ niſi inꝙ̄ Iupiter Satur
no itē deīde applicās eoꝝ que dicta ſūt
partem induxerit. ¶ Luna quidem ⁊ ſi
mili modo Marti applicās: ⁊ ſub femi
narum teſtimonio: ⁊ ipſa in nodo ⁊ lu-
ne manſione que humores portēdit lo-

cata:nubes inuolutas ⁊ cõmixtas toni-
trua:tunc ⁊ coꝛruſcationes fulgura etiã
pluiamq; ſine imbꝛibus. Aut niſi inq̃
Martis ipſius cũ Saturno ⁊ Joue de-
pꝛebendat applicatio: ſic enim applica-
remus de cauſa pluuię inerunt. ¶ Dic
etiam notandũ occurrit quoniam mars
de quolibet inſpectu imbꝛiũ ſignificatio
nem exauget lunaz quoq; ⁊ ſtellam cui
applicuerit in generandis pluuijs omni
modo innuit : illi enim eiſdẽ pꝛopꝛie ⁊
pꝛincipaliter applicãte ineſt dilatio. Si
vero aliter acciderit:nec ſignificat ⁊ idẽ
coꝛrumpit. ¶ Nubes etiã quas martia
lis ꝑducit.nã crocee ruboꝛẽ deſuper nõ
ſine cãdoꝛe habentes: lunaris tũc cũ ſo-
le applicatio imbꝛes inficiat ⁊ ꝓhibet.
Stellarum quidez ſi adſint teſtimonia
quarum quedam in nexu ⁊ in manſiõe
humida. ſol itẽ in locis vbi nec dignita-
tẽ neq; potentiam habeat Saturno ⁊
Marti applicet pluuiaꝝ lapſus aſperri
mos ⁊ aquarum inundatiões poꝛtẽdit.
Nubes itẽ croceas ⁊ q̃ cito diſſoluun-
tur generat ⁊ poſtmodũ aera ſerenũ ef-
ficit. ¶ Luna quidẽ de tetragono ſoli
ſic applicãs:nã de oppoſitione ⁊ cõuen-
tu nullatenus applicatio vocabatur.
¶ Notandum pꝛeterea qñ lunę cũ ma
liuolis applicatio ĩ ip̃a hebdomoda plu
uias largitur:beniuolentia illius infoꝛ-
tunate roꝛes ⁊ efficaciã quolibet aſpe-
ctu diſſoluunt ⁊ pꝛohibent: ⁊ hoꝛã futu-
re ſignificationis peruertunt. Eius qui-
dem certos ⁊ inuiolabiles euentus luna
eidẽ maliuole coniuncta ⁊ hac inueſtita
pꝛofecto reducit. ¶ Amplius luna vene
ri applicans ⁊ in eodẽ nexu ⁊ in ſignis ⁊
manſionibus humidis:imbꝛes nunciat
futuras : nec hoc poterit fruſtari ſi ſtellę
ſuperioꝛes infoꝛtunia. dico pꝛopꝛie re-
ſpiciant Mercurio atteſtante ſuum. Si
vero nec hijs ſuperioꝛibus applicet: qꝛ
ipſa tunc ſit foꝛtunata imbꝛiũ ceſſatur
ſignificatio. ¶ Venus aũt tunc deinde
ſtelle ſuperioꝛi. deinde eodez mõ fuerit
applicans imbꝛes maximos cõfert ⁊ aſ-
ſiduos:nec in venere: dum ea ſic ſe habe
ant in aliquo erit fallacia. Ea enim foꝛtu
nata exiſtẽte nec luminaris certa erit ꝓ-
miſſio: dum nec in eodẽ modo: nec in ſi
gno humido:nec manſiõe humida com
moꝛet. Naz ſi luna eiſdẽ applicet : ⁊ iſta
ſic ſe habeant imbꝛes ⁊ roꝛes : ſed etiam
nebulas tñ abſq; imbꝛibus ĩducit:quo-
tiens vt diximus ſic ſe habuerit: ⁊ luna
poſt cõmixtionẽ Saturni ⁊ Martis ac
cedat : nimiam pluuiarum inducit in
gruentiam. Ea itẽ ſoli ⁊ ioui applicante:
dum ſit inter vtrunq; aliquis reſpectus
dico vel applicatiõis cõfiguratio nec im
bꝛes manebũt:luna nãq; tũc deide ĩ lo-
co optimo ſub aliquo videlicet centroꝝ
locis: videlicet hęc ſignificationi dica-
tis: qꝛ foꝛtunata efficitur pꝛopꝛium caſ-
ſat ⁊ non peruertit ducatũ de iaz foꝛtu-
natis aliqua configuratiõe reſponderit.
Hę igitur occaſiones vniuerſe notandũ
nubes etiã quę tũc generant cãdide ro-
res multos ⁊ incõſtãtes poꝛtẽdũt ¶ Si
vero luna mercurio applicet ſub eodez
nodo ⁊ manſione humida cõſiſtens ce-
leres ⁊ cõtinuos ꝑſignãt imbꝛes. ¶ Ve
neris quoq; adiectũ teſtimoniuz plu-
uiarum redundantias pꝛofecto inducit.
¶ Mercurius aũt cuz ſtellis ſupioꝛibꝰ
vel alteri eoꝝ applicãs pꝛo pluuiaruz re-
dundantia ⁊ aſſiduitate ſubmerſiones ⁊
etiã ruinas admonet timendas: quãuis
etiã tñ nec mercurialis cũ ſuperioꝛibus
ſit applicatio ⁊ pluuię erunt. ¶ Idẽ rur
ſus mercurius poſtq̃ꝫ veneri acceſſerit
maliuolis applicans ſubmerſio ⁊ ruina
imbꝛium aſſiduitas timenda. ¶ Mer-
curius itẽ veneri ĩ ſigno aquatico ⁊ hu
mida manſione reſpiciens in eodem no

ſto vel nexu locatus ⁊ pluuię terminuʒ
excedāt ꝙ ſi adſit reſpectus aliꝰ quā ſu
pꝛadictū eſt ſe habeant pluuiaꝝ denota
tur mediocritas. ¶ Mercurius rurſuʒ
⁊ ſi roꝛes vt iaʒ diximus habeat indica
re: ſi beniuolas in ſuis terminis aut di-
gnitatibus reſpiciat: eiuſdem generis ef
fectus: ⁊ eaꝝ naturę admixtus: lunam ef
ficietq; mendacem: ⁊ iuſq; ducatū per-
uertet: ⁊ effectus īducit alios: cuiuſmo-
di eſt ventoꝛum: vel in rabies nubes vn
diq; ab aere depellens eoꝛum ventoꝛuʒ
quantitas: vel ſtelle potētiam cuius ge-
nus ipſe aſſumit. ¶ Nec gemine ſtellę
cęlum peragrātes ſi eis videlicet ita ap-
plicet mendacio polluunt: ſed veritate
poſt gaudebunt: ⁊ pꝛomiſſa oīno exſol-
uēt: niſi inq̄ eoꝝ ſtatꝰ ⁊ habitus Joui
⁊ ſoli vt ſupꝛa dictū eſt aliquo configu-
rationis genere pꝛopꝛie referat. ¶ Sic
vel quod enim lunę pꝛomiſſa omnino
tranſmutat. eoꝛum quidem poſtq̄ lu-
na eiſdem acceſſit cū Saturno ⁊ Mari
te applicatio: nunq̄ mendax efficit ve-
rum debiti ⁊ aſſidui ducatus augmētuʒ
inducit dum pluuias exauget roꝛes in-
ducit ⁊ nebulas. Si vero quę ď pluuijs
dicta ſunt variare pſumant: non tñ nu-
bes denſiſſimas: ⁊ aeris humoꝛem va
lebunt peruertere: verumetiaʒ nebulas
generabit ⁊ vapoꝛes in aere ſubleuabit
diutnos. Hęc eniʒ omnia pꝛout ſeſe ha-
bebunt: pꝛopꝛie earuʒ aſcribit efficacie.
Quare quę nunc deinde huius ſecretis
expoſita ſunt memoꝛię cōmēdanda: vt
felix ⁊ cōſulta iudicantis habeat viſio.

AMplius luna in humida māſio
ne ſoliuaga. etiā ⁊ ab omnibꝰ ſtel
lis carens: ⁊ ab eiſdem ſolitaria in cen-
troꝝ aliquo conſiſtens: ⁊ in ſui natura
⁊ acceſſione ſingularis nubes inducit: ⁊
roꝛes multiplices aerem humectat: im-
bꝛeſq; viciſſim cōfert multimodos. Ne
bulę feruēt: ex quibus repletur hoꝛizon:
Concitat ventos diuerſos ex quibꝰ to-
nitrua: coꝛruſcatiōes: ⁊ fulgura pꝛocre-
ant. ¶ Si vo deinceps ſtellę applicet
quę pdicte ſtellę genus obtineat: ſi inq̄
foꝛtunata fuerit pꝛedicta diſſoluit: mali
uola nāq; exiſtens duplā q̄ cętere ſtellę
pꝛopꝛiaʒ exhibet efficaciā. Unde notan-
dum moneo ꝙ dum ſoliuaga diſcurrat
in pꝛedictoꝛum ſolutione foꝛtiſſima in-
uenictur. ¶ Ex ſupꝛadictis manifeſtum
eſt quoniā luna cū beniuolis aut in eo-
rum hoſpitio: aut etiam cum ſtellis quę
foꝛtūatis applicant nullatenus imbꝛes
denunciat cū maliuolis nāq; cum termi
no diſcurrens: pluuias generat: Uniuer
ſas nāq; lunę cū ſtellis ſingulis ducatur
vt in aleſtima. i. conuentu exponens: in
hijs quę neceſſarie videbant ad huius
cognitionē habendaʒ quę ſupꝛa ſunt oꝛ
dine cōgruo adinueni. Quomō ergo in
oppoſitione atq; tetragono agi debeat:
nunc deinceps exponatur.

ESt itaq; tetragonus quotiens lu
na ad cōuentū accedens gradus.
90. Ad oppoſitionem recedens pari nu
mero diſtiterit ⁊ hoc ſingulis menſibus
vt ſupꝛa dictum eſt quatenus exequēdū
hijs enim quę q̄ſi radices ſuppoſui ple-
nius exequatis: nulla de aeris renouatio
ne variatio ſiue ambiguitas occurret. A
pꝛincipio igitur ſolis ad librā ingreſſuʒ
quo ad. 20. ſcoꝛpionis gradum perābu-
lans hmōi rei ducat exoꝛdiuʒ: ſed vſq;
ad finem anni hęc eadem perducat ope
ratio. Hoc idem etiam ſub mundanoꝝ
conuerſione annoꝛum exequenduʒ erit.
¶ Notandum pꝛęterea lunā alios ha-
bere ducatus. Conuentu itaq; aut oppo
ſitione: ⁊ vtroq; tetragono: vt pluuiaruʒ
cognitio habeat pꝛout ſupꝛadictuʒ eſt.
Et depꝛehenſis ea quę pꝛędiximus ante
cōuentū ⁊ pꝰ. Itidē etiā circa oppoſitio

nem ⁊ vltra. 12. gradibus ante dico ra-
tionis negocium exequat. Hec aūt ſunt
12. lunę centra ſuperius enumerata: cuꝫ
quibus ante ⁊ retro idem negociuꝫ erit
exequendum. Ea enī quandā vim ⁊ effi
caciam in hiis oībus aſſumūt dū illoꝝ
cognitio vim radicis obtineat ⁊ edificij

Una itaqꝫ in manſionibus equa
lis cōplexionis aut ſiccis diſcur-
rens: ſi deinceps ſtellis inferioribus ap-
plicet pluuiaꝝ in maxima parte facit iu
dicium. ¶ Sunt aūt ſigna quę rores in-
ducūt: aquatica ⁊ humida: vt Capricor
nus Aquarius: ⁊ piſces. ¶ Sunt autem
ſtellę quę rores portendunt ⁊ humoreꝫ
luna ⁊ mercurius. Si igit lunam de hu
ius ſignis reſpiciant: aut cū ipſa moren-
tur. luna etiam de locis humidis eiſdeꝫ
applicans imbres timendos. Si enim
de locis ſiccis vel equalibus applicans
vel reſpiciēs mediocres oīno pluuias i
ducit. ¶ Luna item ſingulari ⁊ propria
natura nebulas ⁊ nubes etiam raras af-
fert ⁊ cādidas. Quāuis aūt quę ad hūc
locum ſufficiāt ſuperius dicta ſint quę
dum minus vtilia res ⁊ locus hortatur
ſubicere. ¶ Anni igit pluuioſi ſtatꝰ ab
ingreſſu ſolis in libraꝫ vſqꝫ ad. 20. ſcor
pionis gradū non minus quā a lunari
applicacione cum cęteris ſtellis potiſſi
me deprehendat. Stella igitur cui luna
applicat orientalis exiſtens finem anni
vel menſis vel ſeptimanę monſtrat plu
uioſum. occidentalis nāqꝫ pręditorum
initia imbrium beneficio decorat. Hec
tamen applicatio proprie cum venere fa
cta ⁊ Mercurio quę prędicta ſunt inuu
it. Altera nāqꝫ orientalis: altera occiden
talis de luna eiſdem applicet cōmunes
⁊ per totum annum necnō maximas de
notat pluuias. Imbrium nāqꝫ multitu
do dum Uenus ⁊ Mercurius ſcorpiuꝫ
capricornum aquariū ⁊ piſces ingredi

feſtinant: pręcipue manat. Sed ⁊ eoruꝫ
cum luna de locis humidis non ſine re-
ſpectu applicatio ꝙ cum ita ſe habeant
gn̄ales pluuias nec iutiles oſīdūt. Luna
quidē alteri applicāte: de altera lunā re-
ſpiciat: q̄diu reſpectus inerit donec ab
ea ſeparet: nec imbriū aberit multitudo.

Una cū Saturno applicans mol
les pluuias ſuaues ⁊ q̄etas oſten-
dit: ⁊ nebulas nigras obſcuras. ¶ Si
vero Marti imbres tonitrua ⁊ coruſca
tiōes apportat. plerunqꝫ petras ⁊ grādi
nem ⁊ nubes croceas ruborem deſuper
⁊ candorem habentes. ¶ Mercurius
quidē huius ducatu aſſūpto pluuias vē
toꝝ rabiē eorūqꝫ aſperrimos nūciat diſ
curſꝰ. Nubes etiā in cōtinuas ⁊ diuer-
ſas: croceas quidem ⁊ fumi colorem ha
bentes inducit. ¶ Si autem huiuſmo-
di ſol ducatum aſſumat guttas grandes
⁊ nubes croceas portēdit. ¶ Uenus. n.
eodem aſſumpto pluuias molles atqꝫ
continuas: rores multos nubes nebulas
profecto ſimiles generat. Jupiter nāqꝫ
aera ferri: ⁊ ventos habet ꝓpicios. Nō
aliter quoqꝫ cęterarum ſtellarū adinui-
cem facta coniuncta ſiue admixtio cōeꝫ
vt ſupra dictum eſt exhibet efficaciam:
ſed illarum ducatum alternoſqꝫ nubiū
colores ⁊ aereas variationes. Hiis p̄mi-
tus cōpenſatis per totum annum omni
difficultate remota ſpectare licebit.

¶ Quia ergo prudentiores quelibet oc
cupatio minus peritos in lumine lunę
locuꝫ: ⁊ qua diſcurrit manſione ad ple-
num ⁊ certa calculatiōe agnoſcat: pluri-
mumqꝫ impedit rem cōpendioſam: vt
ſupradictorum ſub occulto habeat co-
gnitio ſubicere curāi. ¶ Manſiones
nāqꝫ lunę iuxta numerum ſtellaꝝ caput
in tabula deſcribo: vt cum quelibet cuꝫ
qua eaꝝ luna moret agnouerit: ſub qua
etiā manſione fuerit certiſſime deprehē

dat. ¶ Loca etiam lunę in mãſionibus
annotato: nec ne locis ſtellaꝝ quę videlꝫ
manſionũ has vel illas non fugiunt de
prehenſis. De ſtatu aeris ipſiuſqꝫ muta-
tione nulla relinquitur heſitatio. ¶ Sũt
eni lunares ſingule mãſiones quę in zo-
diaco quę videlꝫ ſol cum luna cęteriſqꝫ
ſtellis perambulãt diſcriminata ⁊ deter
minata partitio certa cognitio ventoꝝ.

Ventorum cognitio ex pluuiarum
experientia: ſicut imbriũ ex con-
uentu ⁊ oppoſitiõe duobus tetragonis
omnino deprehendet: quare tres ſtel-
las quę ventos deſignant mercuriũ. ſ. ⁊
martem: ⁊ ſolem attendere res hortatur
Cum enim mars ventos exaugeat: Sa-
turnus prohibet: precipue retrogradus:
⁊ in ſigno terreo diſcurrens: non minus
quoqꝫ aquatica eis cõtradicunt. Mer-
curius autem ſtella eſt ventorum: ⁊ pa-
riter aeris ſigna. ¶ Ut igitur venien-
tes prouidens ventos Mercurium at-
tendere oportebit. ¶ Luna enĩ poſtquã
a conuentu recedit eidẽ applicãs: ⁊ cum
eo ſub eodem nexu: in contraria mãſiõe
diſcurrens: ventorũ nunciat diſcurſus.
¶ Rurſum mercurij cum ſaturno ap-
plicatio: aut idem cum ipſo in nodo eo-
dem: ⁊ aerea manſione diſcurrens nec il
le retrogradus ventos obſcuros efficit:
⁊ aera variat. ¶ Sępe etiaꝫ in aere ven
torum timida naſcitur rabies. ¶ Unde
notanduꝫ occurrit quoniam ſaturni retrogra
datio: ⁊ ſi mercurius eideꝫ applicet: ven
tos pęnitus contradicit. ¶ Mercurio
itẽ marti applicante aut in eius conuen
tu: vel eodẽ nodo: ⁊ manſione: quę ven-
tos inducat: venti calidi procedunt: ⁊ in
aere feruor generatur: nubeſqꝫ horizonta
poſſidebũt: Plerũqꝫ ignes ab ethere di
labuntur: vel in eodẽ apparent: ⁊ vento
rum calor alteratur marte potiſſime retro
grado. ¶ Marte quidem in ſigno ter-
reo cõmorante ⁊ nubiũ ⁊ ventorum inu-
eſt ſignificatio. verum pluuias multas
ex modico ventorũ largitur curſu. ¶ Nã
idem mercurius ioui applicans: aut ve
neri: aut in manſione ventos figurante
⁊ in eodem nodo conſtiterit: ventos re-
ducit ꝓpicios ¶ Jupiter aũt maiorẽ ve
nere in ventis aſſumit efficaciam. Eius
enim ẽ oĩum ventorum propiciatio ⁊ le
uitas. ¶ Mercurius aũt ſoli configu-
ratus: aut eundem nodum ⁊ mãſionem
quę ventos habeat obtinẽs: ventos fer
uentes generat ⁊ peſſimos. ¶ Subtiliſ
ſime autem inquiſitionis eſt mercurij ⁊
lunę cum cęteris ſtellis coniunctio ſiue
admixtio: quod ſi fiat vel de propoſi-
to effugiet. ¶ Hic etiam notandum oc-
currit quoniã ſolis per ſigna conuerſio
temporũ in mutationem reducit. Unde
quã de .4. mũdi partibꝰ occidentẽ. ſ. vel
orientem: auſtrum ⁊ ſeptẽtrionem obti
neat ſummopere notandum occurrit.
¶ Non minus quoqꝫ lunaris cuꝫ ſole
applicatio: ⁊ quis eiuſdẽ fert in oppoſi
tione modꝰ. ¶ Solis nãqꝫ in ariete diſ
curſus orientalem ventum: qui et ipſe
eurus dicitur profecto generat quouſqꝫ
ad geminorum finem tranſierit. ¶ Ubi
⁊ ipſe locatus donec extremum virgi-
nis ⁊ principiũ libre occupat ſeptẽtrio-
nalem ventuꝫ aquilonẽ. ſ. excitat. ¶ Ibi
etiam vſqꝫ ad capricorni principiũ ze-
phirus generatur. ¶ Inde rurſus vſqꝫ
ad piſcium: nouiſſimum auſter exoriri
neceſſe eſt. ¶ Taurus quidem ⁊ gemi-
ni inter eurũ ⁊ aquilonem conſiſtunt.
¶ Leo nãqꝫ ⁊ virgo inter aquilonem
⁊ zephirum mediũ poſſidebũt. ¶ Scor
pius itẽ ⁊ ſagittarius inter zephirum ⁊
auſtrum. ¶ Nam inter auſtrum ⁊ eu-
rum Aquarius ⁊ piſces locantur.

¶ Explicit liber imbrium Harbar.